



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvtae, Sive Considerationes Piae, Praecipuam  
Spiritualis Vitae Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

271. feria 6. de Fide

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 6. Dom 14 post Pentecost. 483*  
plere. 6. Ubi consiliarius deest consilium à  
DEO exquirere.

MEDITATIO CCLXXI.

*Feria 6. Domin. 14. post Pentecost.*

*De Fide.*

**A**spiciam Dominum JESVM Auctorem  
Fidei, juxta illud. 1. Pet. 1. *Per ipsum  
fideles estis in Deo, sine qua impossibile est pla-  
cere Deo. Quæ est fundamentum salutis, &  
sanctitatis. Petã adaugeri in me Fidem Dei.*

*Conf. 2, Fides est virtus Theologica, quã  
assentimur mysterijs revelatis propter aucto-  
ritatem Dei revelantis.*

*Conf. 2. Incitamenta ad eam. Ecclesia à  
Deo docta, & gubernata. 2 Ea, quæ res Fi-  
dei credibiles faciunt, ut sunt Prophetiæ,  
Martyria, testimonia infidelium, puritas le-  
gis Evangelicæ, & mirabilis ejus cum ratione  
concordia, mundi conversio, modus con-  
versionis mirus per idiotas, inermes, vis fidei  
in afficiendis animis, Sanctitas ejus Docto-  
rum, stabilitas Ecclesiæ inter persecutiones,  
clades persecutorum. 3 Necessitas Fidei, sine  
qua non datur accessus ad Deum. 4. Fidem  
docuit Christus, eamque prius immisit in  
animos, quàm in corpora sanitate, ean-  
dem promovit miraculis passim; auxit Fi-  
dem Discipulorum vitã suã exemplari, ita,*

484 *Feria 6. Domin. 14. post Pentecost.*  
ut conversatione unius noctis tantum cum  
Christo firmati fuerint in Fide; *Noctem  
beatam*, exclamat August. tr. 7. in Joan.

*Conf. 3.* Cum omnis virtutis laus in actione sita sit, actiones Fidei sunt: 1. submittere mentem humanam cum magna humilitate Deo loquenti per Ecclesiam, SS. Concilia, Pontifices. 2. Assentiri omnibus Articulis Fidei propter auctoritatem ipsius DEI. 3. Considerare Deum in Sacramentis, & caeremonijs Ecclesiae animas sanctificantem. 4. Confiteri res à Deo revelatas in conspectu Fidem oppugnantium. 5. Aperire Fidei res rudioribus. 6. Hæreticos, nisi convertendi sint, fugere. 7. Aversari omnem doctrinam minus sinceram, minus puram. Postulabo Fidem, eamque confitebor coram universa curia cœlesti, coram hominibus, coram tyrannis cum sanguinis profusione, quòd Deus sit Unus, Trinus, Creator, Salvator, Glorificator, &c. Desiderabo, ut Christus per Fidem habitet in corde meo, intellectu, & voluntate, eam ad res Fidei afficiat, & ad se Auctorem Fidei, & Consummatorem diligendum provocet. Petam, ut Christus secundum dictamina Fidei, cogitationes, verba, & actiones meas dirigat, egoque omnia in conspectu ejus faciam, & ei solùm placere concupiscam, Odio habens duas infidelitatis

*Sabbato Domin. 14. post Pentecost. 485*  
tis causas eorum, qui non credunt, ne futu-  
rorum metu, & expectatione crucientur Ita  
D. Chrysoft. 1. in Tim. 1.

MEDITATIO CCLXXII.

*Sabbato Domin. 14. post Pentecost.*

*Quomodo B. Virgo in his virtu-  
tibus excelluerit.*

**A**spiciam B. Virginem Lunam sub pedibus  
habentem præ contemptu mundi, Ma-  
trem misericordiae, discretionis Exemplar,  
Docilitatis & Fidei. Petam eam imitari,

*Conf. 1.* B. Virginem plenam contemptu  
seculi, juxta illud: *Descendet sicut pluvia in  
vellus.* Quid est vellus? inquit Richardus  
Victor: super illa verba Psal. 61. *Nisi lana à  
carne recisa, & à carne sublata? O quale vellus  
illud Virgineum pectus, longè remotum, valde  
alienum à desiderijs carnalibus, & sordidis cor-  
porum passionibus. Quis non gaudeat se vestiri  
posse de virtutum vellere Beatissima Virginis  
MARIAE? Plenam misericordiae utriusque  
operibus, quam Amadeus Hom. 4. ait fontem  
misericordiae, & S. Germanus, Orat. de  
Præsent. B. Virg. *Nuditatis nostrae vestimen-  
tum, & S. Epiph. Orat. de Laud. B. Virg. Fur-  
puram regiam, quae cali terrae, Regem vesti-  
vit: Plenam discretionem, quam Joannes Geo-  
metra in cat. ad c. 1. Luc. ait portam perviam**